




De regno latinozum et ytalie

Latinozum regum prouincia illam fuisse dicim⁹ qua nunc Campaniam appellamus. Et hec vna ex decem et octo regionib⁹ habita est. que certe plura habebat loca a ceteris regionib⁹ frequetata. vt liui⁹ et Virgilius cōtestati sunt. sed cum plus iacture in ea q̄ ceterarū sit factū. euenit vt nūc aliqua regionū ea sit incultior. aut infrequetior habeat. Hec ideo latina appellata est. quia Saturn⁹ cretensium rex Iouis filij arma fugiens in eisdē locis latuit. quod virgili⁹ in. 8. his versibus posuit dices. Prim⁹ ab Ethereo venit Saturn⁹ olympo. Arma iouis fugiens et regnis exul adempt⁹. Is gen⁹ indocile ac dispersum motibus altis. Composuit legesq; dedit lacūq; vocari adaluit. his qm̄ latuisset tutus in or̄. Eius tamē magnitudo a principio angustissima fuit. Seru⁹ autē dicit Latinos pprie appellatos fuisse eos q̄ intererāt viscerib⁹ Albani montis. Fines vero hui⁹ regionis latine nūc campanie nūcupate a maritana parte ab hostijs Tiberinis incipiūt. et in Cayeta vrbe terminant. vbi sunt ciuitates extantes et dirute vic̄. Ostia Sinuessa. Ardea Terracina et Careta. Et insule poncia et padana atq; mōs Circe⁹. In mediterraneis autē velitre Aricia olim ciuitas anagnina. prenestina. tyburtina. Tusculū et alba olim ciuitas a qua albani reges. In hac igit⁹ regione fuere ppli qui aborigine rutuli. Volsci. Hernici. Ecolii et Marsi dicebant. Magnū em̄ hec regio habet circuitū. Janus autē pater et deoz de⁹ cognomiat⁹ vir vtiq; p̄human⁹ bonusq; atq; summ⁹ hospitalitatis cultoz ex orientalib⁹ veniēs regionibus primus oim̄ in ytaliam regnare cepit. Is inter cetera virtutis sue opera Saturnū nō modo benigne suscepit verū etiā cum eo regnum partit⁹ est.



Italiam quippe Europe regio est oim̄ totius orbis celeberrima. que a bobus nomen habuisse existimatur: vnde etiā Plato in thimeo Tauros vocauit italos. A quoz multitudine pulchritudineq; ac fetu italiam dixit. Est autē hec regio in forma cruris inter adriaticū et thuscū mare. siue superū et inferū: et a iugis alpiuz: dorsoq; apenini mōtis porrecta: se paulatim attollēs vsq; ad reginū verticē et littora brutioz extendit. i. vltimo sui in duo scandit cornua. Quoz alterū Ionii spectat mare. Alterū siculū. in extremitate Rhegium opidū habēs. Et longitudo ab augusta pretoria que in alpino sine sita est. et p̄ romaz capuāq; porrigit vsq; ad oppidū rhegiū (Solino teste) decies centena et viginti milia passuū colligit. Latitudo vero quadragintadecem. Ubi maior latitudo. Ubi vero minor centū triginta sex. Habetq; vmbilicū in agro Rhegino que dudum ex latere maris superi Rubiconem fluiuz pro sinibus habuit. Dicta est autē prius hesperia ab hespere atlantis fratre. Deinde Denotria ab optimovino quod ibi nascitur. Postremo italia ab italo Siculozum rege dicta est: qui venit ad hec loca. In quibus et habitauit et regnavit. Hec regio nullis terris cedit siue agroꝝ vbertate siue armoz gloria. habens vrbes celeberrimas.

Nomina et ordo regum latinozum et ytalie.

Janus	1		Siluius	8	an. 29	Liberinus	15	an. 8.
Salmus	2	Isti quoz	Eneas siluius	9	an. 31.	Agrippa	16.	an. 40.
Picus	3	reguauē	Latinus	10	an. 50.	Aremulus	17.	an. 19.
Faunus	4	rūt an. 200.	Alba siluius	11	an. 39.	Quētinus	18.	an. 38.
Latinus	5		Egip ⁹ silui ⁹	12	an. 24.	Procas	19.	an. 25.
Eneas	6	an. 5.	Lapis	13.	an. 28.	Amulius	20.	an. 44.
Ascanius	7	an. 38.	Carpentus	14	an. 13.	Numitor	21.	an. 1.